

*Ventura, vedova di Niccolò Montebaldo
rinuncia alle somme di denaro e ai beni
che a lei doveva dare Ruggero Ruffo.*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Ventura, vedova di Niccolò Montebaldo
rinuncia alle somme di denaro e ai beni
che a lei doveva dare Ruggero Ruffo.*

1332-02-08

In nomine Domini nostri Iesu Christi amen. Anno eiusdem Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo trigesimo primo, die octavo mensis februarii, decime quinte inditionis apud Rhegium. Regnante serenissimo somino nostro rege Roberto, Dei gratia illustrissimo Ierusalem, et Sicilie rege, Ducatus Apulie, et Principatus Capue, Provincie, et Folcalquerii, ac Pedemontis xomite. Regnorum eius anno vigesimo tertio feliciter amen.

Nos Leo de Romeo, iudex civitatis Rhegii, Ioannes de Mancua de Rhegio, publicus per totum Ducatus Calabrie regia auctoritatem notarium, et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati. Presenti scripto publico notum facimus et testamur, quod pretitulato die domina Ventura mulier, uxor ut asseruit quondam Nicolai de Maletta de Nicotera, nunc habitatrix Rhegii, de iure communi romano vivens, consentiens, prius ad hec, ad maiorem cauthelam, in me, predictum iudicem, ut in suum expresse, cum ex certam sua scientia sciret forte me suum iudicem in hac parte non esse, non vi coacta, non dolo, metu, suasionem, errore circumduncta, vel fraude aliqua sed [***], sed de sua bona, grata, spontanea et libera voluntate, animo obligandi se predicta domina Ventura presente, et hec petente egregio viro Rugerio Ruffo de Calabria, habitatore Rhegii, publice sponte confessa est quod licet, idem Rugerius Ruffus per se et heredes suos, tenetur anno quolibet incessanter, et infra certos terminos dare, tradere, solvere, et prestare, eidem domine Ventura in vita sua, tantum in carolenis de argento certam pecunie quantitatem, et certas alias res animalia, vel victualia, pro usu et sustentatione vite eiusdem predictae donatricis, nonnullorum bonorum stabilium, certis eorum finibus designatorum, sitorum,

ut asseruerit in casali Calimene, terre Nicotere, vel alibi et eorum tenimentis olim eidem Rugerio, suisque heredibus et successoribus faces irrevocabiliter, inter vivos, per dictam dominam Venturam; ut haec et alia in quamsdam publici instrumenti, iam confectis, debitis solemnitatibus vallatis clausurius dicitur continere. Tamen dicta domina Ventura, omni suo consilio et provisionem unita, sponte et voluntarie, coram nobis donationem factam per eandem dominam Venturam dicto Rugerio Ruffo, suisque heredibus irrevocabiliter inter vivos, ex causa donationis ipsius dedit, dimisit, cessit, et remisit, expresse renunciavit et relaxavit predicto Rugerio, suisque heredibus et successoribus, omni ius, dominium, proprietatem, possessionem et potestatem, omnesque actiones reales, et personales, utiles, directas, et misit [***] quocumque iure, modo, vel causa, dicte domine Venture competentes et competituras, competentia et competitura in omnibus bonis stabilibus supradictis, ubicumque existentibus eidem Rugerio, suisque heredibus et successoribus olim donatis, ut contra que, vel quas, dicta domina Ventura habebat, habet, et habere poterat, seu habere sperabat, et sperat, ad dictum¹ Rugerium, suosque heredes et successores, et specialiter totum omne, et servitutem solvere et prestare ad quod, vel ad quas, dictus Rugerius, suisque heredes et successores dicte domine Ventura in vita sua tantum solvere, vel prestare tenebatur, vel tenetur, pro bonis habilibus predictis Rugerio, olim donatis; ut predicatur ipsi Rugerio, suisque heredibus et successoribus in perpetuum, et irrevocabiliter inter vivos, eadem domina Ventura, ex abundanti predicta bona stabilia, de novo dedit, donavit, remisit, et relaxavit ad habendum, tenendum,

possidendum, uti fruendum et gaudendum ex nunc in antea semper per se, alium seu alios, eorum nomine. Libere et pacifice sine aliquo onere, vel sine aliqua pecunie solutione, vel rerum prestatione eidem domine Ventura, per dictum Rugerium, suosque heredes et successores exsolvendis, ut possit agere, excipere et replicare pacisci, et omnia alia et singula utilia mixta et directa facere, que eidem Rugerio, suisque heredibus et successoribus perpetuo placuerit voluntati. Et que domina Ventura facere posset presentialiter, et de novo ex abundanti donationem, iurium cessionem, et actionum non fecisset proprietario iure et titulum donationis et cessionis predictæ. Et nihilominus ipsa iura omnes, que actiones reales et personales, utiles, directas et mixtas, ut superius est expressum a se, suisque heredibus et successoribus dicta domina Ventura, perpetuo alienans omnia ipsa in eundem Rugerium, suosque heredes et successores. Libere ratione aliqua conducente, cessit et transtulit ut superius enarratur. Dans et concedens ipsa domina Ventura, eidem Rugerio auctoritatem, plenam licentiam, et liberam potestatem predicta bonam stabilia predicto Rugerio, suisque heredibus et successoribus donata, libere sine aliquo onere vendendi, donandi, permutandi, et alienandi, et de eis, et in eis facere velle totum tamquam verus legitimus dominus, et tamquam de re propria facere potest quam donationem et actionum cessionem, et omnia et singula suprascripta, et infrascripta dicta domina Ventura sponte convenit, et promisit eidem Rugerio, presenti et legitime stipulanti, promissa eadem rata semper habere, firma tenere, attendere, observare, et in nullo contrafacere, vel venire de iure, vel de facto in iudicio, vel extra iudicium, nullo tempore, publice vel occulte facere, vel venire per se

etiam, et heredes suos, et tenetur dicta domina Ventura, eidem Rugerio ad omnia damna, expensas, et interesse propterea facta, vel facienda in curiam, vel extra curiam reficere et resarcire. Renunciando dicta domina Ventura omni auxilio legum, iurium, et facti, exceptioni doli, fraudi, ignorantie, metus seu vis, conditioni sine causa, privilegium fori, restitutioni in integrum, et legi que universali donationi, ob vitium ingratitudinis in irritum revocatur, et legi per quam si donator, vel donatrix, ad inopiam vergere, revocationi et auxilio Legis Iulie, Senatusconsultum Velleiensi et authentice de fundo dotali minime distrahendo, et generaliter omnibus aliis iuribus, vel legibus, constitutionibus et consuetudinibus, Regiis Capitulis scriptis et non scriptis, iure canonico, vel civili, et specialiter illi, vel illis iuribus que prohibent renunciaciones fieri generales. Certiorata prius dicta domina Ventura mulier, de predictis casibus legum, per me predictum iudicem quid sit intellectis earum, et quid ei nocere potest per me iudicem memoratum quibus contram predictam venire posset, vel se tueri, vel iuvare valeat, aliqua ratione extra allegare iura, modo, vel causa. Preterea voluisse dicta domina Ventura, quod si aliquo futuro tempore apparuerit, vel apparebit aliquod instrumentum, vel aliquod scriptura publica, vel privata, in quo, vel in qua, vel in quibus continetur, vel continebitur quod dictus Rogerius, suisque heredes tenebantur, vel tenentur dicte domine Venture dare, tradere, solvere et prestare anno quolibet incessanter certis terminis in carolenis de argento, aliquam pecunie quantitatem, et alias res mobilis seusque moventes, quod ex nunc, prout ex tunc, tam in iudicio, quam extra ipsum instrumentum publicum, vel scriptura publica, vel privata, habeantur semper pro irritis, cassis nullis, vel

nullo et in perpetuum nullam obtineat roboris firmitatem. Et ad maiorem cauthelam omnium predictorum dicta domina Ventura, eidem Rugerio sponte voluntarie iuravit ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter libro tacto, predicta omnia et singula ut preleguntur rata semper habere firma tenere, attendere, observare et nullo contrafacere, vel venire de iure, vel de facto. Quibus predictis damnis solutis, vel non, in totum, vel in partem, cum etiam gratiose remissis predictis omnibus et singulis in suo robore perpetuo duraturis.

1

2

Unde ad futuram memoriam, et Rugerii Ruffi, heredumque suorum de premissis perpetuo cauthelam rogatu, dicte domine Ventura, presens scriptum publicum eidem Rugerio exinde fecimus, per manus mei predicti notarii publici, scriptum et subscriptum nostri qui supra Iudicis et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum. Actum anno, mense, die, loco et inditione premissis. † Ego qui supra Leo de Romeo iudex Rhegii. † Ego Rainaldus de Capua predicta testor. † Ego Gregorio de Malgerio iunior testor. † Ego Riccardus de Romeo testor. † Ego Simeon de Zaruta predicta testor. † Ego Petrinus de Catanzario predicta testor. † Ego qui supra Ioannes Macua de Rhegio publicus per totum Ducatum Calabrie, regia auctoritatem notarium predicta scripsi et me subscripsi.

Manca nel testo

Manca nel testo